Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

THE TEXT

© Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE
Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

I. THE GOSPELS

EVANGELIVM SECVNDVM MATTHEVM

i. 1. Liber generationis Iesu Christi, fili Dauid, fili Abraham.
2. Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam et
fratres eius. **3.** Iudas autem genuit Phares et Zaram ex Thamar, hic
generauit Esron, et Esron generauit Aran, **4.** et Aran generauit
Aminadab, et Aminadab generauit Nasson et Nasson generauit
Salmon **5.** et Salmon generauit Boos et Boos generauit Obed et
Obed generauit Iesse **6.** et Iesse generauit Dauid. *Exposit. Euang.
Lucae*, iii. 3, 6, 17.

17. omnes generationes ab Abraham usque ad Dauid genera-
tiones XIIII et a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis
generationes XIIII et a transmigratione usque ad Christum genera-
tiones XIIII. **18.** cum desponsata esset Maria Ioseph antequam
conuenirent, inuenta est in utero habens ex spiritu sancto. **20.**
Ioseph, fili Dauid, noli timere accipere Mariam uxorem tuam,
quod enim ex ea nascetur de spiritu sancto est. *Exposit. Euang.
Lucae*, ii. 6; *De Spir. Sanct.* II, v, 37; 41.

21. pariet filium, et uocabis nomen eius Iesum. **23.** ecce uirgo
in utero accipiet et pariet filium et uocabitur nomen eius Emma-
nuel, quod interpretatur: nobiscum deus. *Explanat. Ps.* xxxv. 4.

25. non cognouit eam, dum peperit filium. *Exposit. Euang.
Lucae*, ii. 6.

ii. 6. Et tu, Bethlehem Iuda, non es minima inter principes Iuda:

i. 5 generauit Boos + de Rachab Vulg. Gk.: *om.* Cod. Sangallensis a **17** *sec. et ter.* quattuordecim Amb. E T Vulg. Babylonis a b f ff2 Vulg.: Babyllonis Amb. A **18** cum desponsata esset a k: cum esset desponsata b f Iren. **20** noli timere a Vulg.: ne timueris f Iren. Cyp.: ne timeas D accipere a f: suscipere D uxorem D K: coniugem a b f Iren.$_2$ Cyp. ex ea nascetur a: in ea natus est D Vulg. Tert. de spiritu sancto est a b d f Iren. Tat. Cyp. Vulg.: ex spiritu sancto est Iren.$_1$ **23** accipiet + puerum Amb. F uocabitur Iren.$_1$ Tert.: uocabunt a b f k Iren.$_2$ Vulg.: uocabit D: uocabitis Cyp. interpretatum a b D f K Iren. Tert. Cyp. Vulg.

ii. 6 Bethleem a b f ff2 Vulg.: Bethlem Amb. A G: Bethlehem Amb. T

© Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

ex te enim exiet princeps qui regat populum meum Israhel. **8.** nuntiate, inquit mihi, ut ueniam et adorem eum. *Exposit. Euang. Lucae*, ii. 49; iii. 35.

iii. 3. Vox enim clamantis in deserto: parate uiam domino, rectas facite semitas eius. *Exposit. Euang. Lucae*, i. 35.

7. generatio uiperarum, quis uobis demonstrauit fugere ab ira futura? **8.** facite ergo fructus dignos poenitentiae. *Explanat. Ps.* xxxvii. 2.

9. potens enim deus est de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. **11.** qui uenit post me fortior me est, cuius non dignus calciamenta portare: ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni. **12.** habet uentilabrum in manu sua et permundabit aream suam: et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *Exposit. Ps.* cxviii. iii. 14, 15.

14. ego a te debeo baptizari: et tu uenis ad me. *Exposit. Euang. Lucae*, ii. 90.

15. sine modo: sic enim oportet nos implere omnem iustitiam. *Exposit. Ps.* cxviii. 47.

17. hic est filius meus dilectus, in quo complacui. *Exposit. Euang. Lucae*, ii. 94.

iv. 1. Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, ut temptaretur a diabolo. *Exposit. Euang. Lucae*, iv. 7.

3. si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. **4.** non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo. *Ep.* LXIII, 5.

princeps a b f: dux ff2 Vulg. Amb. F O V Aug.: iudex Cod. Fuld.: rex Cod. Egerton. *om.* meum Amb. L P.

iii. 3 Dñi Amb. Codd. F O V: domini Vulg.: domino a b D f k **7** demonstrauit a b f Spec. Lucif. Vulg.: monstrauit Lucif. Iren. a futura ira Vulg.: ab uentura ira a c f Iren. Lucif. Hil. Aug. **9** potens deus est a b c ff1 k Iren. Hil. Aug.: potest deus Vulg. suscitare a b d f Spec. Iren.$_4$ Tert. Lucif. excitare k: excitari Cyp. **12** congregabit Iren. Vulg.: congregauit a b D f: congeret Spec.: colligit Tert. triticum a b D f Iren. Vulg.: frumentum Tert. Spec. **15** decet Vulg.: oportet f implere Vulg.: adimplere Amb. M N O **17** hic est b f Iren.: tu es a D dilectus *De Abrah.* I, 67: dilectissimus in quo mihi complacui Iren. Vulg.: bene complacui a b f: beneplacui D: de quo bene sensi Opt.

iv. 4 sed in omni uerbo dei b: in omni uerbo quod procedit de ore dei f Vulg.

© Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge

Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

6. si filius dei es, mitte te deorsum. *Exposit. Euang. Lucae*, ii. 3.

10. dominum deum tuum adorabis, et ipsi solo seruies. *De Spir. Sanct.* II, v, 47.

17. paenitentiam agite: appropinquauit enim regnum caelorum:
19. uenite, faciam uos piscatores hominum. *Exposit. Ps.* cxviii. ii. 7; xxi. 5.

v. 1. Videns autem turbas, ut legisti, ascendit in montem: et
cum sedisset, ascenderunt ad eum discipuli eius. **2.** aperuit os suum.
Exposit. Euang. Lucae, v. 47, 48.

3. beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cae-
lorum. **4.** beati pacifici, quia ipsi possidebunt terram. **5.** beati qui
lugent, quoniam ipsi consolationem habebunt. **6.** beati qui
esurient, quia ipsi saturabuntur. **7.** beati misericordes, quoniam
ipsis miserabitur deus. **8.** beati mundo corde, quoniam ipsi deum
uidebunt. **10.** beati qui persecutionem patientur propter iustitiam,
quoniam ipsorum est regnum caelorum. **11.** beati estis cum uobis
maledicent, et persequentur et dicent omne malum aduersum uos,
propter iustitiam: **12.** gaudete et exaltate, quoniam merces uestra
copiosa est in caelo. *De Offic. Min.* I, xvi, 59; *De Abrah.* II, 56.

14. non ueni legem soluere, sed implere. *Exposit. Euang. Lucae*, i. 23.

25. esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum illo in uia
. . . et mittat te in carcerem. **26.** Amen dico tibi, non exies, donec
soluas nouissimum quadrantem. *Explanat. Ps.* i. 24; *Exposit. Euang. Lucae*, viii. 36.

28. qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterauerit eam in corde suo. *Exposit. Ps.* cxviii. i. 12.

29. si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, **30.** et si dex-
tera tua scandalizat te, abscide eam. *Exposit. Euang. Lucae*, vi. 91.

19 uos + fieri f Vulg.

v. 3 pauperes a b f k q Vulg. **4** pacifici] mites a b D f k Vulg. possidebunt b Vulg.: haereditabunt D f k **5** consolabuntur b f Vulg. **7** ipsis miserabitur deus b Hil. Leo Mag. Aug. Chromat. Auctor Op. Imp.: misericordiam consequentur f: misericordiam consequentur Vulg. **11** malum b f Vulg.: nequam k Cyp. propter iustitiam a b c k Spec. Ambrst. Hil.$_2$ [Gk. D]: propter me f Vulg. [T.R.] **12** in caelo a b: in caelis f Vulg. **26** soluas a b D f k **28** moechatus est a b f Vulg. **30** dextera manus

© Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

34. non iurare neque per caelum **35.** neque per terram neque per Hierosolymam **36.** neque per caput tuum. *Exposit. Ps.* cxviii. 14.

39. qui te percutit in maxilla, praebe ei et alteram. *Exposit. Euang. Lucae*, vii. 59.

44. diligite inimicos uestros et date pro calumniantibus et persequentibus uos. *Explanat. Ps.* cxxxviii. 10.

48. estote ergo et uos perfecti, sicut pater uester qui in caelis est, perfectus est. *De Offic. Min.* III, iii, 11.

vi. 2. Cum feceris elemosynam, noli tuba canere ante te. **3.** nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera tua. **5.** et cum oratis, non eritis sicut hypocritae. *Exposit. Euang. Lucae*, i. 18; *De Offic. Min.* I, xxx, 147.

6. tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. *Explanat. Ps.* xl. 41.

22. lucerna corporis est oculus; si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, **23.** si autem nequam fuerit oculus tuus, totum corpus tuum tenebrosum erit. *Explanat. Ps.* xliii. 79.

24. non potestis duobus dominis seruire. *Ep.* XVII, 14.

26. respicite uolatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et pater uester caelestis pascit illa: nonne uos pluris estis illis? *Exaem.* III, vii, 28.

28. considerate lilia quomodo crescunt. **30.** si autem faenum,

tua a b f Vulg. **39** in dextera maxilla tua f h Cod. Rhedigeranus Vulg. **44** pro calumniantibus [+uobis f] et persequentibus uos a b D f: pro eis qui uos oderunt Iren.: pro eis qui uos persequuntur K Spec. Tert. Cyp. Lucif. **48** qui in caelis b c g k [Gk. D T.R.] Lucif.: caelatis a f ff2 Cyp. [Gk. B L S Z].

vi. 2 elemosynam a b D f k Spec. Cyp. Vulg.: aelimosinam Amb. P: misericordiam Iren. **3** nesciat a b D f k Spec. Cyp.: non sciat Iren. **22** corpori tui a b c ff1 g1 h k q Hil. Aug. Orig. oculus tuus est Codd. Armach. Rushworthianus k G H B T.R. Orig.$_2$ Hil. Aug. **23** si ergo [si autem b] *om.* Gk. S Ev. Z 252 273 485 a c ff1 Hil. Vulg. **24** non potestis Iren.$_2$ Tert. Cyp. Aug.: nemo potest a b f k [ne] Tert.$_2$ [οὐδεὶς δύναται] **26** respicite a b Vulg.: uidete Amb. c: aspicite Cyp.: considerate f ff2 Amb. *Exposit. Euang. Lucae*, vii. 124: intuemini k congregant a b Vulg.: colligunt k Cyp.$_2$ in horrea k Vulg. Cyp.$_2$: horreis a b

© Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit. *Exposit. Euang. Lucae*, vii. 124.

vii. 4. Festucam in oculo fratris tui uides, trabem autem quae in oculo tuo est, non uides. **5.** hypocrita, eice primum de oculo tuo, et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. *De Paenit.* II, ix, 76.

6. nolite dare sanctum canibus neque miseritis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis. **8.** qui enim quaesit inuenit et qui pulsat aperietur ei. *Exposit. Euang. Lucae*, Prolog. 6; vi. 47.

11. et pater uester qui bonus est dabit bona data petentibus se. *Exposit. Ps.* cxviii. ix. 16.

13–14. arta enim et angusta est uia, quae ducit ad uitam, lata uero et spatiosa, quae ducit ad mortem. **15.** attendite uobis a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. **16.** ex fructibus eorum cognoscetis eos. *Exposit. Euang. Lucae*, iv. 37.

17. arbor bona bonos fructus facit. **21.** non enim quicunque dixerit: domine, domine, ipse intrabit in regnum caelorum. *Exposit. Ps.* cxviii. ix. 15, ii. 29.

22. domine, domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et daemonia eiecimus et uirtutes multas fecimus? **23.** discedite a me omnes qui operarii iniquitatis. **24.** omnis qui audierit uerba mea haec et fecerit ea, similis erit homini sapienti. *Exposit. Ps.* cxviii. x. 21; xv. 25; xx. 47.

30 hodie in agro est Amb. Lib. S. Galli 96 (x cent.): agri Vulg.

vii. 6 miseritis a b c f k Cyp. Opt.: mittatis Vulg. margaritas uestras ante porcos Cod. Lib. S. Galli conculcent a b Vulg. Cyp. Opt.: inculcent k Cyp.$_2$ **11** +data a b e f g h k q Cyp. Aug. [Gk.]: *om.* Vulg. petentibus se a b Vulg.: poscentibus eum k Cyp. **13–14** porta *before* arta Cyp. Jer. Spec. Aug.$_2$ mortem] perditionem a b Vulg.: interitum k Cyp. **17** bonos fructus a b: fructus bonos Amb. N f Vulg. **21** ipse intrabit Vulg.: hic intrabit Amb. A: intrauit e Amb. P **22** eiecimus a b f Vulg.: exclusimus k Cyp. **23** discedite k Cyp. Aug. operamini iniquitatem Amb. O Vulg. **24** similis est a b c Aug. [*De Serm. Dom.* II, 87]: assimilabitur ff2 q Cyp.: adsimilabitur Vulg.: similem aestimabo eum Spec.: similabo eum f k [Gk. Cod. C T.R.] Aug.$_3$ sapienti a b f ff2 Vulg. Cyp.: prudenti Aug.

© Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

viii. 2. Si uis, potes me mundare. **3.** respondit, uolo mundare. *Explanat. Ps.* i. 30.

8. dic uerbo et sanabitur. **11.** quia uenient ab oriente et occidente et a septentrione et austro et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum. *De Spir. Sanct.* II, 13; *Exposit. Euang. Lucae*, vi. 83.

20. uulpes foueas habent et uolucres caeli nidos, ubi requiescunt. **22.** relinque mortuos sepelire mortuos suos. *Exposit. Ps.* cxviii. xi. 29; iii. 11.

25. domine, salua nos, perimus. *Explan. Ps.* xliii. 84.

26. modicae fidei, quare dubitastis? *Exposit. Euang. Lucae*, vi. 43.

29. Iesu, fili dei uiui? uenisti ante tempus torquere nos? *Ep.* XXII, 16.

ix. 4. Quid cogitatis mala in cordibus uestris? *Explan. Ps.* i. 52.

12. non opus est sanis medicis, sed his qui male habent. **13.** non ueni uocare iustos, sed peccatores. *Exposit. Ps.* cxviii. x. 42; xix. 2.

21. si tetigero fimbriam eius, salua ero. *Exposit. Ps.* cxviii. iii. 9.

22. constans esto, filia, remissa sunt tibi peccata tua. *Expositio Ps.* cxviii. iii. 9.

29. fiat tibi secundum fidem tuam. *Explanat. Ps.* xxxvi. 20.

x. 5. In uias gentium ne abieritis et in ciuitates Samaritanorum ne introieritis. **6.** ite autem ad oues quae perierunt domus Israhel. **8.** aegrotos curate, leprosos mundate, daemones eiicite. **11.** discite quis in ea dignus sit et ibi manete. *Exposit. Euang. Lucae*, vi. 103.

16. estote astuti sicut serpentes, et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. **19.** cum

viii. 11 quia f: quod a b Vulg.: quoniam k Cyp. a septentrione et austro [Luc. xiii. 29] Iren. recumbent b k Cyp. Iren. Vulg.: discumbent f **20** foueas Vulg. Aug.: cubicula k Cyp.: ubi requiescunt a b c q Cod. Fuld.: requiescent ff2 uolucres caeli tabernacula Vulg. **22** sine Cyp. Aug.: dimitte Vulg.: remitte k **29** torquere Vulg.: perdere Aug.: punire k Cyp.

ix. 22 constans esto a b f: confide filia ff2 Vulg. fides tua te saluam fecit a b f ff2.

x. 5 introieritis f ff1 Tert. Cyp. Aug.: intraueritis a b Vulg. **16** astuti Amb. *Explanat. Ps.* xxxvi. 10 Aug.: prudentes Amb. (*Exposit. Euang. Lucae*, ii. 74) a b f Vulg. Tert. Cyp. Lucif.

© Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

ergo tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. dabitur uobis in illa die quid loquamini. **20.** non enim uos estis qui loquimini, sed pater meus qui loquitur in uobis. *Exposit. Ps.* cxviii. vi. 15; x. 37.

22. qui enim usque in finem perseuerauerit, hic saluus erit. **23.** cum persecuntur uos in hac ciuitate, fugite in aliam. *Explan. Ps.* xxxvi. 60.

24. non est discipulus super magistrum neque seruus supra dominum. **26.** nihil occultum quod non manifestabitur neque opertum quod non reuelabitur. **28.** nolite timere eos qui possunt occidere carnem, animam autem non possunt, sed potius eum timete qui potest animam et corpus perdere in gehennam. *Explanat. Ps.* xl. 82; lxi. 17.

34. non ueni pacem mittere, sed machaeram. *De Spir. Sanct.* III, vi, 36.

37. qui diliget patrem et matrem plus quam me, non est me dignus. **38.** nisi qui tulerit crucem suam et post me secutus fuerit, non est me dignus. *Exposit. Ps.* cxviii. v. 26; xv. 20.

41. quicunque enim iustum receperit in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. *De Offic. Min.* II, xxi, 107.

xi. 3. Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? *Exposit. Ps.* cxviii. xvii. 7.

8. ecce enim qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. **11.** maior ex natis mulieris Iohanne Baptista nemo. **12.** a diebus Iohannis Baptistae regnum caelorum cogitur et cogentes diripiunt

19 nolite cogitare a b D f k Vulg. dabitur enim Amb. G M N O a b f Vulg. die [Gk. ἡμέρᾳ C[1]] Syriac, Coptic Verss. Jer. Hil.: hora a b f Vulg. Gk. Amb. O loquimini Vulg.: loquetur Amb. M **22** usque in finem a b c ff1 g h gat. Tert. Cyp. Aug.: *om.* usque Vulg. **26** reuelabitur Vulg.: reuelitur c f **28** carnem] corpus a b f k Vulg. Iren. Cyp. sed potius eum timete a b f Vulg. Tert. animam et corpus a b Spec. Cyp.: et animam et corpus D f k $Cyp._2$ perdere a b D f Vulg. Tert. Lucif.: occidere k Cyp. Spec.: mittere Iren. **34** machaeram Tert.: gladium Vulg.

xi. 12 caelorum + uim Amb. B C: caelorum uim patitur k Vulg. cogentes a b: qui cogunt D: et qui uim faciunt diripiunt illud k: uiolenti rapiunt illud Vulg.

© Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge
Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

illud. **15.** qui habet aures audiendi audiat. *Explanat. Ps.* xxxviii. 35; xliii. 1, 3, 4, 6.

19. iustificata est sapientia a filiis suis. *Exposit. Euang. Lucae*, vi. 1.

25. confiteor tibi, pater, domine caeli et terrae, quod abscondisti haec a sapientibus et reuelasti ea paruulis. *De Spir. Sanct.* I, xi, 125.

28. uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. **29.** tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris. **30.** tollite iugum meum, et onus meum, quia suaue est. *Exposit. Ps.* cxviii. ii. 33; xiv. 20.

xii. 19. Non clamabit neque contendet nec quisquam audiet in platea uocem eius. **20.** donec eiciat in uictoria iudicium. *Explanat. Ps.* xlv. 11.

24. hic non eiicit daemonia nisi in Beelzebub principe daemoniorum. **25.** respondit Iesus: omne regnum diuisum contra se destruetur, et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. **26.** si enim satanas satanam eiicit aduersum se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? **27.** quod si ego in Beelzebub eiicio daemonia, filii uestri in quo eiiciunt? **30.** qui non est mecum, contra me est: et qui non colligit mecum, dispergit. *De Paenit.* II, iv, 21; 25.

39. generatio nequam et adultera signum quaesit, et signum non dabitur ei nisi Ionae prophetae. *Explanat. Ps.* xlvi. 24.

46. quae mihi mater aut frater? mater et fratres mei sunt qui audiunt uerbum dei et faciunt **48.** quae est mater mea, et qui sunt

15 aures audiendi a b f Vulg. [Gk. C L S T.R.] Just. Hipp. Orig. Clem.: *om.* audiendi [Gk. B D] K **19** filiis suis a c f ff1 g1,2 h l (Rhedigeranus) [Gk. B² C D T.R.] Vulg. Iren. Orig. Epiph. Aug. Hil.: operibus [B¹ S ἔργων] Jerome: in quibusdam euangeliis legitur...operibus **25** pater domine a f Vulg.: pater domine deus b quod Tert.: quoniam k Iren.: quia a b **28** *om.* ad me ff2 Orig.$_3$ reficiam a b Iren. Hil. Aug.: requiescere faciam Cyp. Tycon.: requiescere k.

xii.20 donec eiciat a b D f Vulg.: denique expulsabat k in uictoria iudicium a: in uictoriam iudicium f: uictoriam ad iudicium b: ad uictoriam iudicium Vulg. **25** facile destruetur Amb. (*De Fide*, III, xii, 92): desolatur Vulg.: desolabitur a b f **30** colliget k Cyp. Aug.$_6$: congregat f ff2 Vulg.: disperget Codd. Egerton. Lichfeld.: sparget Vulg. **39** nequam k: mala Vulg.

© Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-09149-7 - The New Testament Text of Saint Ambrose
R. W. Muncey
Excerpt
More information

fratres mei? **50.** qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse mihi et frater et soror et mater est. *Exposit. Euang. Lucae*, vii. 94, 201; x. 25.

xiii. 13. Videbunt et non uidebunt, audient et non audient.
16. uestri autem beati oculi qui uident et aures uestrae quae audiunt.
32. minimum quidem est omnibus seminibus, fit autem, cum creuerit, maius omnibus holeribus. *Explanat. Ps.* lxi. 33; *Exposit. Euang. Lucae*, v. 96; vii. 183.

42. ibi erit fletus et stridor dentium. *Explanat. Ps.* xxxv. 29.

47. simile est regnum caelorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium congregauit. **48.** cum autem esset impletum, duxerunt id ad litus et sedentes elegerunt optimos in uassis suis, malos autem foras miserunt. **49.** sic erit in consummatione saeculi: exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum. **50.** et mittent eos in caminum ignis. *Exaem.* v, vi, 15.

54. unde huic ista sapientia? *Exposit. Euang. Lucae*, vii. 184.

55. nonne hic est filius Ioseph fabri? *Exposit. Euang. Lucae*, iii. 1.

xiv. 16. Date illis uos manducare, ne deficiant in uia. **28.** domine, iube me uenire ad te super aquam. **31.** modicae fidei, quare dubitasti? *Exposit. Ps.* cxviii. xiv. 10; xv. 28; xxi. 9.

xv. 4. Qui enim maledixerit patri uel matri morte morietur.
5. quicunque dixerit: munus quodcunque est ex me tibi proderit:
6. non honorificauit patrem aut matrem. *Exposit. Ps.* cxviii. x. 46.

xiii. 13 quia uidentes non uident et audientes non audiunt et non intellegunt [neque intellegunt Vulg.] f Vulg. **16** beati a b D f Vulg.: felices k **42** fletus b f Vulg.: fletus oculorum e: ploratio k **47** reti misso ff2: retiae e: retiaculum missu k: saginae missae Vulg. congreganti Vulg.: collegit f: colligunt e: colligat k **48** duxerunt g: eduxerunt a b f ff2: educentes Vulg. posuerunt e: imposuerunt k: elegerunt a b ff2 Vulg. praeiecerunt e: proicerunt ff2: reicerunt k + foras ff2 Vulg. **49** consummatione a b k Vulg. consummationem e f Amb. C G P V separabunt Vulg.: segregabunt e g k **50** caminum a b f Vulg.: foracem e k **54** sapientia haec Vulg.: sapientiam istam e k.

xiv. 6 ne deficiant in uia [Matt. xv. 32].

xv. 4 maledixerit b e f Cod. Amiat. Iren. Cyp.: maledicat a D: male dixerit Vulg. **6** honorificauit ff2: honorificabit Vulg.

© Cambridge University Press www.cambridge.org